UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

dictarum, quæ magis diuitibus, q̃ pauperibus imponũtur. Et ut iniquitas, & abſurdum euitetur, copula ponitur pro diſiuncta, & è cõtra, ad not. per gl. Abb. & alios, in c. 2. de reſcri. l. ſæpe de uerbo. ſignifi. cum ibi not. l. leges ſacratiſſimæ cum gl. C. de legi. & † ratione conſeruandæ æqualitatis uerba ſunt improprianda, quia mens diſponentis uidetur eſſe, ut æqualitas ſeruetur maximè in ijs, in quibus eſt de iure ſeruanda, l. cum pater, §. pater pluribus, ff. de lega. 2. Alex in conſi. 81. uol. 4. l. fi. C. communia utriuſq; iudi. Sozi. in l. hæredes mei, §. cum ita, in 6. col. ff. ad trebell. & l. quæſitũ, §. ſed, & ipſe, ff. de fundo inſtruc. & in caſu noſtro mens Papæ fuit æqualitatem eſſe ſeruandam, ut ex uerbis eius expreſsè colligitur. Pręterea poſito, ſed nõ cõceſſo, ꝙ Papa etiam uoluiſſet per illa uerba diſiunctiua, & alternatiua poſſe inæqualiter diuidi, & diſtribui, profectò hoc non uoluit ſimpliciter, ſed ut celerior eſſet exactio, & nõ aliter, ſed grauando plus ruſticos, & minus ciues, non potuiſſet exactio celerior fieri, ſed tardior, ergo ex his uerbis mens Papæ fuit, ut magis ciues, & nobiles grauarẽtur in faciẽdo diuiſionẽ, & partitionẽ oneris, quam comitatenſes, quia ſic partiendo, & plus grauando ciues, & nobiles
5 6 diuites exactio celerior fieri potuiſſet, q̃a † ruſticitas miſera, & oĩa palam habet, & ideò à multis excuſatur, Bar. in l. eo iure, ff. q̃bus mod. pig. taci. cõtrah. & gl. in l. certi iuris, C. locati cum ſi. & ita in præſenti cõſultatione concludendũ eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Onus impoſitum perſonis pro rebus eſt potius mixtum, quam reale, & quando etiam dicatur merè reale, num. 5. & 6.*
2 *Collecta eſt onus mixtũ, & quando merè reale dicatur, nu. 6. et 9.*
3 *Onus, & munus extraordinarium quod, & quando dicatur, & num. 4. & 10.*
5 *Onus, & munus merè reale quod, & quando dicatur.*
7 *Onus impoſitum iuxta facultates, & opulentiam cuiuslibet dicitur reale, & non perſonale.*
8 *Onus focularibus iniunctum quale onus dicatur.*
11 *Demonſtratiuè poſita non diſponunt.*
12 *Verba generalia de proprietate ſermonis oẽs ſpecies cõprehẽdũt.*
13 *Expreſſum id dicitur, quod uerbis generalibus fuit expreſſum, & ſub illis continetur.*

EPITOME.

Onus ſubſidij de uno ducato pro quolibet foculari à principe impoſitũ, habita cõſideratione paupertatis, & opulẽtię cuiuſlibet facultatis ita, ut pauperũ cũ diuitũ facultatibus adæquatis, & cõpẽſatis pauperes ultra facultates ſuas nõ grauentur, dicitur eſſe onus reale, & ad illius ſolutionẽ tenẽtur poſſidẽtes bona ĩ loco, qui ex pacto onus merè reale ſoluere tenentur.

CONSILIVM CLI.

Stante conuentione facta inter communitatem Ruſſij, & quoſdam ciues Fauentinos habentes bona ſtabilia in territorio Ruſſij ſuper ſolutionem collectarum, & onerum pro dictis bonis, dubitatur, utrũ dicti ciues Fauentini teneantur ſoluere pro rata ſua ſubſidium unius ducati pro quolibet foculari iniunctum à ſanctiſſimo D. N. Papa, prout in literis apoſtolicis ſuperinde confectis cõtinetur; & non teneri uidetur primo aſpectu dicendum, quia dicti ciues Fauentini pro dictis bonis ſuis tenentur onus iniunctum à Papa ſoluere ſolum, quando tale onus fuit merè reale, ſed onus ſubſidij unius ducati pro quolibet foculari non
1 eſt onus merè reale, ſed potius mixtum, † id eſt impoſitum perſonis pro ipſis rebus, ut patet ex tenore Bullæ, iunctis ijs, quæ habentur in l. reſcripto, §. fi. & in l. honorem, ff. de mune. & hono. & ibi Bar. & alij, ac etiã Bar. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco lib. 11. Bal. Salice. & alij, in l. fin. C. ſine cenſu, Abb. & Anto. poſt Inno. in c. non minus, de immunit. eccl. Bal. in l. prædia, C. de fideicom. & in c. 1. in prin de pace conſtan.
2 in 5. col. † ubi concludunt collectam eſſe onus mixtum, quia imponitur perſonis ſubditorum pro rebus, ut eſpreſsè uolunt Paul. de Caſt. in l. 2. C. ſine cẽſu, Sozi. in conſi. 129. uol. 1. & Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſque uniuerſi. nom. cum ſi. Præte-
3 rea † iſtud onus ſubſidij ſoluendi unum ducatum pro quolibet foculari dicitur eſſe munus extraordinarium, quod de iure appellatur ſuperindictum, hoc eſt ſuper, uel ultra id, quod eſt ordinariè ſoluendum. ſeu ultra id, quod eſt regulariter, & ordinariè indictum, ut eſt glo. in rub. & ibi in l. 1. C. de ſuperindic. & in rub. C. de indict. quod onus dicitur extraordinarium, ut quando princeps ex aliqua cauſa neceſſaria emergenti, & repentina, ac ingenti pro una uice imponit onus ſoluendi aliquid, ueluti etiam uoluit Paul. de Caſt. in l. placet, C. de ſacroſ. eccl. & Abb. in d. c. non minus: ergo onus hoc nõ eſt perſonale, nec reale, ut colligitur ex uerbis Salice. in l. fi. quaſi circa fin. C. ſine cenſu: Pro hac igitur impoſitione huius ſubſidij facta à Papa non debent dicti ciues pro dictis bonis teneri, cum ipſi dumtaxat teneantur, quàdo à Papa etiam extraordinariè imponeretur aliquod onus, quod eſſet merè reale, ſed hoc non eſt merè reale, ut ſupra, ergo, &c. Pręterea conuentum fuit dictos ciues teneri ad onus reale, quod eſt à Papa impoſitum, quando fuit ſpecialiter impoſitum rebus tàm Ruſſienſium, quàm Fauentinorum, ut in inſtrumẽto dictę cõuentionis habetur, ſed hoc ſubſidium unius ducati pro quolibet foculari non fuit impoſitum bonis, & rebus Ruſſienſium, nec Fauentinorũ, ſed generaliter, ergo non ſumus in caſu, quo dicti Fauentini poſſint ex dicta conuentione facta cogi ad ſoluendũ, quia illis uerba Bullæ, & impoſitionis ſubſidij nõ conueniunt, arg. l. hoc accuſare, §. omnibus, de accuſ. l. 4. §. toties, ff. de damnis infec. & Sozi. in d. conſi. 129. in pen. col. uerſi. ſecundo oſtenditur in 1.
4 uol. Vltimo † iſtud onus ſubſidij in terminis noſtris dicitur eſſe extraordinarium, quia nõ habet cauſam perpetuam, nec ſucceſſiuam, ſed accidentalẽ ob certam neceſſitatem finiendam, ut uolunt Bal. & Sali. in l. fi. C. ſine cenſu, Abb. & Anto. in d. c. non minus. Bar. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco, Bal. in d. l. 1. §. quod ſi nemo, ergo dicetur munus mixtum, ad tradita per Bal. in c. 1. in prin. de pace conſtan. in 5. col. q̃d etiam pater, quia non tranſit cũ rebus, ut ibi per Bal. & Sali. in d. l. placet, in ult. col. & Paul. de Caſt. in l. 2. C. ſine cenſu, ergo, &c. ¶ Pręmiſſis tamen non obſtãtibus, contrariam partem arbitror eſſe ueriorem, ꝙ dicta communitas Ruſſij poſſit exigere ſuper bonis Fauentinorum, quæ ipſi habent in comitatu Ruſſij, onus ſubſidij iniunctum à Papa, de quo ſupra, ut ſicut ipſi Ruſſienſes pro bonis ſuis proprijs, ita, & dicti ciues Fauẽtini pro ſuis bonis in dicto comitatu poſitis teneantur pro eorum rata dictum onus ſubſidij à Papa iniunctum ſoluere, nam illud eſt merè reale, & dicitur impoſitum nõ habito reſpectu ſaltem principaliter ad perſonas, ſed ſolum ad res, & bona, ſeu facultates, ergo uerba contractus, & conuentionis factæ inter dictam communitatem, & dictos ciues, ac homines Fauẽtinos comprehendunt dictum onus, illique conueniunt, ergo etiam diſpoſitio, & effectus dicti contractus conuenire, arg. l. ille aut ille, §. cum in uerbis, ff. de lega. 3. & faciunt not. in l. 1. ff. de condic. ex lege. Et ſi uerum eſt, ꝙ onus, de quo agitur, ſit onus merè reale, profectò intentio dictæ communitatis uidetur contra dictos Fauentinos fundata. Quòd autem ſit merè reale, demonſtratur multipli-
5 citer, primo quia † dicitur eſſe munus, ſeu onus me-

rè

rè reale, qđ eſt principaliter rebus propter res ipſas
impoſitū adeò, ꝙ perſonæ principaliter nō ſint in cō
ſideratione, ut uoluit Bar. in l. 1. in 6. col. C. de mulie.
& in quo loco, lib. 10. & in l. ſi diuina, C. de exacto. tri
bu. eodem libro, & eſt tex. ibique Bart. in l. 1. & l. mu-
nerum, §. patrimoniū, & in l. reſcripto, in fin. ibique
gl. & ubique Bar. ff. de mune. & hono. Bar. in l. cum
neque, C. de incolis lib. 10. & hanc regulā tradit Sali
ce. poſt Bal. in l. fi. C. ſine cenſu, & in c. 1. in prin. in 5.
col. de pace conſtan. Abb. Anto. & alij in d. c. nō mi-
nus, & in d. l. placet, gl. in rub. C. de mun. patrim. lib.
10. & quamuis in impoſitione principali facta ſuper
rebus etiam de perſonis mentio facta eſſet, tñ adhuc
onus merè reale diceretur, qñ attēdi debet id, quod
principaliter agitur, arg. l. iuris gētium, §. pactorū, ff.
6 de pactis: & ideò † licet collecta regulariter dicatur
munus mixtū, quia principaliter propter res impo-
ni dicitur, tñ ſi principaliter in impoſitione collectæ
conſideratio ad res habita fuerit, tūc dicitur munus
reale, ēt ſi de perſonis mētio facta fuerit, ut quia actū
fuerit, ꝙ bona pro collecta ſint obligata, & hypothe
cata, ſeu ꝙ reſpectu collectæ bona cenſeantur tribu-
taria, ut uolunt docto. cōmuniter, uidelicet Bar. in d.
l. 1. C. de muli. & in quo loco, Abb. in d. c. nō minus,
Sali. in d. l. fi. C. ſine cenſu, Bar. in d. l. reſcripto, in fi. &
in d. l. cum neque, in d. l. ſi diuina, in l. libertus, §. ſola,
ff. ad municip. Pau. de Caſt. in l. 2. C. ſine cēſu, doct. in
d. l. placet, & Bal. in d. l. 1. §. quod ſi nemo, nam colle-
cta, quæ eſt ſui natura onus mixtum, ut ſupra, dicitur
eſſe munus merè reale, qñ in illius impoſitione prin
cipaliter res, & bona fuerūt in conſideratione, ut ex-
preſsè eſt de mēte Bal. in c. 1. in 5. col. de pace cōſtan.
facit tex. in l. obſiſtere, cum ibi not. per Bart. in fi. uer.
C. de anno. tribu. lib. 10. & per Barb. in conſi. 84. uol.
3. per Roma. in l. imperatores, ff. de publica. & gl. in
rubri. C. de mune. patrimo. lib. 10. ſed onus ſubſidij,
de quo agitur, fuit impoſitum habito reſpectu ad rē,
& propter res, uidelicet ut unus ducatus ſoluatur pro
quilibet foculari, & foculare potius dicitur res, quã
perſona, item fuit impoſitum habita cōſideratione
paupertatis, mendicitatis, & opulentiæ cuiuſlibet fa-
cultatis ita, ut pauperum cū diuitū facultatibus adæ-
quatis, & cōpēſatis pauperes ultra facultates nō gra-
uentur, ex quibus uerbis clariſſimè colligitur, ꝙ fuit
impoſitū, nō habita cōſideratione perſonarum, ſed
facultatem bonorum, & rerū principaliter, ergo cō
cludendū eſt tale onus eſſe reale, & maximè, qa uer-
ba nō ad perſonas, ſed ad res, & facultates principali
ter directa fuerūt, hoc eſt ad focularia, ad facultates,
& opulētias cuiuſliber facultatis, arg. tex. cū ibi not. ꝑ
Bar. gl. & alios, in d. l. iuriſgētiū, §. pactorū. Præterea
7 † onus ſoluendi aliquid impoſitū iuxta facultates, &
opulētiã cuiuſlibet dicitur onus reale, & nō perſona
le, arg. eorum, quę uoluit Bal. in auth. defuncto, in fi.
pen. col. C. ad tertullia. & in d. l. 1. §. quod ſi nemo, &
ſentit Bar. in d. l. reſcripto, in fi. ibique bonus tex. cū
gl. ſed onus, de quo agitur, eſt ita impoſitū, ut ī bulla
continetur, ergo dicetur merè patrimoniale, qa fuit
rebus, ſeu facultatibus attētis impoſitū, d. l. reſcripto,
§. fi. ¶ Tertio hoc cōfirmo ferè in terminis noſtris ꝑ
8 ea, † quę uoluit Bal. in d. l. 1. §. qđ ſi nemo, in uerſi. tum
incidēter quæro, in 2. col. ubi ponit quæſtionem, qñ
onus fuit reſpectu foculariū impoſitū, & dubitatur,
qualiter onus ſit diuidendū, & cōcludit in effectu di-
ſtributionem eſſe faciendã per focos, & non ad capi
ta perſonarum, nec ad quãtitatē patrimonij, ſi ſtatu-
tum nō procederet ulterius declarãdo, & ſic innuit,
ꝙ onus iniunctum propter focularia ſimpliciter nō
dicatur eſſe perſonale, nec reale, & ſic tertiū genus,
quod etiam non dicitur mixtum, prout eſt dare tale

onus, ſm quod probatur, in d. l. reſcripto, §. fi.
ſupponit Sali. in d. l. fi. C. ſine cenſu, in fi. 2. co
mēte Bal. in d. auth. defuncto, in fi. 2. col. et
onus ſit perſonale, qđ tñ uerū non eſt, qñ onus
citer facultatibus, ſeu pro numero foculariū
poſitum, & ſtatutū, ſeu impoſitio ultra nō pro
ret, nec ultra declararet, ut expreſsè uoluit Bal.
quod ſi nemo, ex cuius uerbis ibi infertur, q
declarando fuiſſet ꝓceſſum, tunc ex ulterior
ratione facta onus ipſum focularibus iniunct
ceretur eſſe ꝑſonale, uel reale, prout ex ulteri
uerbis, & ulteriori declaratione inferretur, ſed
ſu noſtro ultra ꝙ Papa unū ducatū pro quolib
lari impoſuerit, uoluit, & declarauit illud de
poni habita cōſideratione paupertatis, & p
cū diuitū facultatibus adæquatis, & cōpenſat
impoſitionis uerba ſe ad facultates, ad paup
& opulētiã, & cōſequēter ad bona, & res re
ergo tale onus in caſu noſtro iniūctū focular
cetur iuxta ulteriorē declarationē factã eſſe
le, & nō perſonale, qa uerba ulteriora potius
cipalius ad res, & bona ſe referunt, quàm ad
arg. d. l. iuriſgentium, §. pactorum, & l. cont
§. ſi filius, ff. de pactis, cū ſi. Et ex prædictis u
ipſa cōitas Ruſſij ſit in tuto aduerſus dictos
nos terrena in comitatu Ruſſij habētes, ut il
ta ſua teneãtur pro dictis bonis ſoluere onu
ctum impoſitum à Papa, propterea qđ illud
reale, ſi rectè uerba Bullæ, & impoſitionis c
tur, ut cōcluſum fuit. ¶ Nec obſtãt allegata
9 cōtrariū, & primo, † ꝙ onus tãtum merè re
ſitum à Papa ciues ſoluere tenētur, & nō al
ꝑſonale, ſeu mixtū, & ꝙ onus, de quo agitur
iniunctum dicatur mixtum, nō aūt merè re
ex prędictis reſpōdetur, ꝙ immò tale onus d
ſe in caſu noſtro merè reale, & propterea a
nō obſtat. Et ad id quod dicebatur, ꝙ onus c
& maximè impoſitū à Papa ex aliqua cauſa n
ria nō ꝑpetua, ſed tēporali dicatur eſſe onus
Reſpōdetur, ꝙ regulariter onus collectæ e
ut ſupra, qñ principaliter imponitur perſon
bus, & ſic principaliter ꝑſonis, & ſecundario
bus, & ita ad hoc allegata procedãt, ſed quão
cipaliter rebus, & ſecundario perſonæ impo
uel ſimpliciter ipſis rebus, quamuis ēt de perſ
cidēter mētio fiat, tamē dicitur eſſe onus nō
ſed merè reale, & ut de merè reali iudicatur, a
iuriſgentium, §. pactorum, & habetur per Ba
reſcripto, in fin. cum ſi. ſupra ad hoc allega
terminis noſtris onus iſtud unius ducati pro
bet foculari principaliter fuit impoſitum h
ſideratione non ad perſonas, ſed ad ipſas res
pter res, uidelicet ad focularia, ad opulentiã
pertatem, ut in bulla apparet, ergo dicitur e
merè reale, & ut de tali eſt iudicãdum per p
¶ Non obſtat ſecundum ꝙ hoc onus, de quo
ex quo eſt impoſitum pro cauſa neceſſaria
li, temporali, & nō perpetua, dicitur eſſe e
nariū, ut per Salice. in d. l. fi. C. ſine cenſu, cum
pra allegatis, ex quo infertur, ꝙ non dicatur
ſonale, nec reale merè, nec etiam mixtū, ſed
genus de per ſe, ut ibi per Sali. in fi. uer. uel
catur eſſe mixtum, ſecundum quod collig
bis Bal. in d. c. 1. quia reſpondetur primo, q
ordinariū, ex quo à principe, & ſic à lege u
cōſtitutione principis imponitur iuxta ca
tur ꝑ Bar. ī d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco,
in d. c. nō minus, ſecus ſi à ſtatuto, ſeu ex diſp
ciuitatis, & īferioris ex cã extraordinaria, &
imponeret. Secūdo, & melius poſito, q

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſet munus extraordinariũ, † tñ non ſequitur, ergo nõ dicitur pſonale, nec reale, nec mixtũ, qm̃ nullum ẽ munus, ſeu onus, qđ ſub una ex his tribus ſpeciebus nõ cõprehendatur, ut eſt tex. in l. 1. d l. reſcripto, in fi. & in l. munerum per totam l. ff. de mune. & honor. p Bar. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco, & p Abb. & Anto. in d. c. nõ minus, cum ſi quæ allegari poſſent: Ergo ſequitur, ꝙ hoc onus dicetur eſſe uel perſonale, uel merè reale, uel mixtũ, qđ quidẽ ex adiunctis diſcernetur, & in terminis noſtris ex adiũctis, & ex ijs, quæ principaliter in imponẽdo iſtud onus cõſiderata fuerunt, eſt iudicãdũ merè reale, ueluti ſupra dictum fuit. Et ex his rñdetur ad id, qđ dicebatur, ꝙ ex quo eſt extraordinariũ, debet dici mixtum per not. à Bal. in d. c. 1. qñ Bal. loquitur regulariter, nam regulariter collecta dicitur onus mixtũ, qñ extraordinariè fuit impoſitum, & in impoſitione pſonæ principaliter, uel æquè principaliter perſonæ, & res cõſideratæ fuerunt, ſecus quando magis principaliter, uel ſimpliciter fuiſſent cõſideratę res, & bona, & nõ perſonæ, niſi fortè incidẽter, & demõſtratiuè per ſupra dicta, nam quæ incidenter, & in cõſequentiã cõſiderãtur, nõ debẽt attendi, ſed ea, quæ principaliter iuribus. Item † quæ ponũtur demõſtratiue, nõ diſponũt ad tradita per Bar. in l. centurio, col. 12. in q. 4. ff. de uulga. & pupilla. ¶ Nõ obſtat tertiũ, ꝙ ex conuentione facta inter cõitatem Ruſſij, & ciues Fauẽtinos ipſi ciues tenentur ſoluere pro bonis in territorio Ruſſij poſitis onus merè reale Ruſſiẽſibus, & Fauẽtinis impoſitũ, & ſic ſpecialiter ipſis, ſed iſtud onus nõ fuit illis impoſitũ, ut ſupra, ergo &c. quia reſpõdetur, ꝙ ex quo fuit impoſitũ generaliter oĩbus, & quibuſcũque prouincijs, ciuitatibus, caſtris, & uillis, & locis ẽt Vltramõtanis ſedi apoſtolicæ immediate ſubiectis, expreſsè etiam dicitur ipſis Ruſſienſibus, & Fauentinis impoſitum, quia † uerba generalia ſub ſe de proprietate ſermonis omnes ſpecies comprehendunt, arg. l. ſi quid earum, §. inter emptũ, ff. de lega. 3. Item † id dicitur expreſſum, quod fuit uerbis generalibus expreſſum, & ſub illis cõtinetur, ſicut dicimus de uulgari, & pupillari ſubſtitutione cõtenta ſub cõpẽdioſa, uel reciproca, quæ dicuntur expreſſæ ſubſtitutiones, quia ſub uerbis generalibus continẽtur, Bar. in l. 1. in l. centurio, & in l. lucius, ff. de uulga. & pupil. & facit l. nominis, & rei, §. uerbum ex legibus, ff. de uerbo. ſignifi. & quia hęc in iure ſunt ſatis clara, ulterius non inſiſto. ¶ Vltimo quoque argumento in contrarium facto, ꝙ ex quo onus, de quo agitur, eſt extraordinarium, dicitur eſſe mixtum, ergo ſub conuentione facta nõ continetur, ſupra fuit reſponſum, & ideò non eſt aliter ſuper eo inſiſtendum. Et ex prædictis apertè conſtat, onus, de quo tractatur, fuiſſe, & eſſe merè reale, & ideò comprehendi ſub uerbis conuẽtionis factæ inter dictam communitatem Ruſſij, & dictos ciues Fauentinos. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Vſus tanti temporis, de cuius initio memoria in cõtrariũ nõ extet, idem operatur, ac ſi priuilegiũ legitimè obtẽtũ oſtẽderetur: Et priuilegio à principe ex certa ſciẽtia cõceſſo æquiparatur, nu. 3.*
2 *Nec uſu, & priuilegio illo quis uti eſt prohibendus: Sed perpetuo ſeruare debet, num. 4.*
5 *Tempus de memoria hominis facile exit.*
6 *Vſus tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, quomodo probetur.*
7 *Princeps, & dominus loci priuilegia immunitatum ſubditis conceſſa, ac conſuetudines, & quibus ius aliquod iuri communi contrarium eſſet acquiſitum, poteſt etiam ſine cauſa reuocare.*
8 *Conſuetudo, & priuilegium à pari procedunt, & quando.*
9 *Conſuetudini priuilegiatiuæ, de qua etiam uerbis generalibus mentio fieret, per priuilegium præiudicatur.*
10 *Eccleſia, & exempti omnes ad quæ onera contribuere teneantur, & nume. 13.*
11 *Priuilegia, & exemptiones in præiudicium ſolius principis, & domini loci ualent, ſed non in præiudicium aliorum ſubditorum.*
12 *Immunitate ex uſu longiſſimi temporis, & ex quadam importunitate, & ambitione cõtra mentem domini ſui acquiſita quis ad aliorum ſubditorum præiudicium uti, & gaudere non debet.*
14 *Priuilegiatus faciens actum contrarium ſuo priuilegio cenſetur priuilegio renunciaſſe, ſibiq; præiudicaſſe.*
15 *Subditi de iure communi tenentur onera ordinaria, & extraordinaria ſoluere.*
16 *Exemptiones diuitum nõ debent portiones pauperũ aggrauare.*
17 *Exempti tenentur ad onera reſpectu bonorum poſt ſuam exemptionem acquiſitorum, ſi primi poſſeſſores ad illa tenebantur.*

E P I T O M E.

Exemptos, & immunes præſertim ex uſu longiſſimi temporis, & de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, teneri ad onera cõmunem omnium utilitatem continentia, quorum aliqua hic exprimuntur, demonſtratur.

CONSILIVM CLII.

VIsis capitulis conceſſis communi, & hominibus terræ Scandiani, & ſententia lata per eximiũ iuriſconſ. do. Eliam Carandinum iudicem commiſſariũ, unà cũ tota ſerie facti ad me trãſmiſſis, meam ſuper dubijs, de quibus agitur, dicam ſententiã: Nõnulli homines ſubiecti iuriſdictioni Illuſtris domini terræ Scandiani ſe ab oneribus, ſeu muneribus etiã extraordinarijs, de quibus in pũcto mihi exhibito, exẽptos, & immunes eſſe prætẽdunt, nec aliquod immunitatis ſuæ priuilegium oſtẽdũt, ſed ſolũ in eo ſe fundãt, ꝙ ipſi diu, & à tanto tẽpore, de cuius initio memoria cõtraria
1 nõ extat, continuè tali fuerunt immunitate uſi: † qui
uſus tãti tẽporis operatur, ac ſi priuilegiũ dictæ immunitatis legitime obtentæ oſtenderẽt, l. hoc iure, §. ductus, ff. de aqua quotid. & æſti. cũ glo. & ibi Bar. l. 1. in fi. ibiq; ſcrib. cõiter poſt glo. ff. de aqua plu. arcen. c. ſuper quibuſdã, §. præterea, ubi glo. Abb. & alij ſcri
2 ben. extra de uerbo. ſignifi. cum alijs. Et † propterea
dicti homines non debent prohiberi, nec illis eſt ui facienda, quo minus hoc ĩmunitatis iure uti poſſint, d. §. pręterea, l. 1. in prin. iuncto d. §. ductus, ff. de aqua
3 quotid. & æſti. & † inquit Bal. in c. 1. col. 2. quæ ſint re-
galia in uſu feudo. ꝙ uſus tanti temporis, cuius initij memoria in cõtrariũ non exiſtit, æquiparatur priui-
4 legio à principe cõceſſo ex certa ſciẽtia: † Hoc igitur
ius tãto tempore acquiſitum perpetuũ cẽſeri debet, & perpetuo dictis hominibus ſeruandum eſt, l. 4. ff. de iu. immu. decet enim beneficiũ principis eſſe mã-
5 ſurũm, c. decet, de regu. iur. in 6. & quia † tempus de
memoria hominis facile exit, c. fin. 7. q. 2. Inno. in c. qualiter, il 2. extra de accuſat. Bal. in l. cum te, col. ult.
6 uerſi. quæro, an iſta, C. de probatio. † quomodo ergo
uſus hic tanti temporis, cuius initij memoria nõ exiſtit, ꝓbari poterit? Certè ſatis nõ erit probare uſum triginta, quadraginta, aut quinquaginta annorũ, & ultra, ut uoluit Abb. in d. c. ſuper qbuſdã in notabilibus, ſed probari debebit uſus cõtinuus centũ annorũ, & ultra ſm Cyn. in l. 2. q. 9. C. de ſeruitu. & aqua, & ibi Bal. Anto. de Butr. poſt Inno. in c. ueniẽs, extra de teſtibus, Card. in c. ſi diligenti, extra de foro competen. 1. in fin. cum ibi not. de præſcriptio. in 6. & ibi ſcriben. Specul. in tit. de probatio. § 1. col. 8. uerſi. quid ſi teſtes, Bal. in l. fin. C. de præſcrip. long. temporis, & ideò dicit Floria. in l. ſeruitutes col. 15. ff. de ſeruitut. quòd ad probandum memoria non extare

in